

Dies exoptata, dum summa  
imperii academici â viro  
maxime reverendo &  
amplis...

*1 Ic 1698 Molin, Lars*



National Library  
of Sweden

DIES EXOPTATA,

*Dum*

Summa Imperii Academici

*à*

VIRO

*Maxime Reverendo & Amplissimo*

DOMINO

**Laurentio Molin,**

S. Theologiæ Licent. ut & Prof. ejusdem  
facultatis Celeberrimo,

*In*

VIRUM,

*Amplissimum & Præclarissimum*

DOMINUM

**Gabrielem Sjöberg/**

Phil. Mor. & Civil. Prof.

Celeberrimum

transferretur,

*fuit IX. Junii,*

*Quæ*

Gratulandi & exultandi ansam præbuit uberrimam

Musis.

---

Dorpati, exc. JOHANNES BRENDEN, *Acad. Typogr*



*So. J. H. H. 1698. 47*

**D**iffugiunt tenebrae, formosa cacumina Pindae  
Jam Phœbus feriens purpureis radiis,  
Evocat ipse Ducem sat suavem sidere fausto,  
Servat qui leges doctus in arte bonas.

**EX**optata Dies fateor te sole favente  
Ori hilares voces imposuisse meo.

Plaudere **RECTORI** nunc Cives tu facis omnes,  
Tu Musis servis semper amica dies.

Adspice sed dulcis venientem Phœbe secundum.

Tuq; Duci nostro prospera fata dato!

Adgredere O magnos Clarissime **RECTOR** honores,  
Maxima Ti voveo, cetera Jova dabit.

Ut quemvis flores recreant & lilia amœna  
Sic hæc oblectat pectora nostra dies.

Jam vos Pierides decet omnes dicere mecum:

Sit felix **RECTOR** terq; quaterq; Novus!!!

Gabriel Hinnel, G. F.

---

**Q**uisquis. ades.  
Mularum. cultor.  
adepto. hilari. animo.  
imo.

esto. officii. memor. debiti.  
namq; nunc.  
adest.

Divinâ. prælucente. gratiâ.  
dulcissimo. dulcior.

Dies.



Dies.  
quem. Musis. peperit.  
Alma. Mater. Pax.  
imo.  
Academica. quies.  
quâ.  
mediante. favente. florente.  
Hodie.  
Pondera. Academica.  
sed.

**MAGNIFICA.**

In.  
**VIRUM.**

*Amplissimum. & Praclarissimum.*

**Dnm. GABRIELEM. SIBERG.**

Academiae. Nostrae. patrem. gravissimum.  
volvuntur.

O. utinam. feliciter.  
revolvantur.

Venite. igitur. Academici. Cives.  
venite. inquam. frequentes.  
Congratulaturi.

vota. vobiscum. adferte. devota.  
pro incolumitate.

**Novi. RECTORIS.**

praesentes.

**MAGNIFICO. RECTORI.**

plaudite.

*Quod etiam facit mente  
devotissima*

*Jonas Hinzel.*

1  
SAlve festa dies, albo signanda lapillo,  
Perpetuis fastis, conspicienda venis.  
Non te pertenuis mea musa filebit, at omni  
Nisu te perget commemorare lubens.  
Exiguæ vires licet inveniantur in ipsa,  
Non tamen hanc decuit dememinisse tui.  
Affundis lucem talem mortalibus alma,  
Qualem non semper participare soles.  
Nectare præcipuè permulces mulicolarum  
Pectora pergrato lætificante simul.  
Cum videant in te clarorum fata virorum,  
Docta alternari sceptraq; justa manu.  
Contemplantur enim cupida jam mente vovere  
Unum dissolvi discruciante jugo,  
Alterum at illi ipsi, votis atq; ordine certo  
Servato subdi, quo bene cuncta cadant.  
Ille est MOLINUS qui sacra oracula pandit.  
Hic **ENBERG**/nobis insita jura docens.  
Ille suis dextre defunctus partibus, optat  
Jam levior fieri pondere nempe gravi.  
Hic quo consimili peragat ratione decenter  
Singula, sunt nobis vota precesq; simul  
Mittendæ in cælum, Divorum habitacula vasta,  
Auxilium velox unde venire solet.  
Fasces perpulcros capias Præclare PROFESSOR  
**ENBERG**/lætitiâ, velificante DEO  
Sidere felici, quorum virtute malorum  
Conatus frænes, præmia descq; bonis.  
Sicq; magis crescet Tibi nomen non moriturum  
Et Tua posteritas facta perampla canet.

*Mart. Enberg, M. F.  
Ingerm.*